

**SENTENZA DI CONDANNA A MORTE  
CONTRO LA STREGA GENTILE MORO  
30 AGOSTO 1588**

*In nomine Domini amen; Nos Julius de Scribanis quomdam Jacobi Commessarius pro Serenissima Republica Januensi in loco Triorie villi set circumstantiis pro estirpazione strigiarum et maleficarum vigore literarum potentium, sedens visis in primis dictis literis cum talia nobis attributa, viso processu formato contra Gentilem uxorem quomdam Joannis Baptiste Mori de loco Castris franchi Potestarie dicti loci Triorie, visis testi bus in eo examinatis eius constitutis et confessioni bus delictorum perpetratis quorum cognitio ad nos spectat, tam in tortura quam extra factis, rattificatis exinde subsequutis et verificatis de quibus in dicto processu preceptoque pro presenti die et hora cadenti cum nuntii rellatione id denuo visis vivendi consideratis Christi beateque virginis Marie nominibus imploratis omnimodo.*

*Dicimus, pronuntiamus, sententiamus et condemnamus in omnibus ut infra videlicet quia dicimus et pronuntiamus dictam Gentilem fuisse et esse confessam et convictam de malificiis et delictis de quibus in dicto processu et successive sentenziando condemnamus quod conducatur ad dictum locum Castri franchi ibidemque per ministrum iustitie laqueo suspendatur ita et taliter quod naturaliter moriatur et anima a corpore separetur et postea ipsius cadaver igni comburetur ut deleatur penitus de terra viventium bonaque sua omnia tam dotalia quam extradotalia et quoquo vis modo ad eam spectantia et pertinetia camere Ill.morum D. Procur.rum Ser.me Reipublicae Januensis confiscamus et applicamus eidem in pena caeteris vero in exemplum transeat. Et ita lata et lecta et publicata.*

*De quibus omnibus ecc. per me Joannem Antonium Valdelecha notarium et cancellarium. Acto in Badaluci videlicet in camera domus ressidentie prefati m.m.d. commissarii anno a nativitate Domini 1588 inductione decima quinta secundum Janue cursus, die vero martis XXX augusti. Presentibus Jacobo Belono quomdam Georgii et Filippo Striglierio quomdam Joannis de loco Badaluci vocatis.*

*Johannes Antonius Valdelecha notarius et prefati magnifici commissarii cancellarius.*

(ARCHIVIO DI STATO GENOVA, LETTERE AL SENATO, N. 538, GIA' 142).